

IOANNES BACCANELLIUS  
AD LECTORES.



**M** E A S lucubrationes, quas prae lo ex-  
cudendas olim tradideram, adeo le-  
ctores candidi Typographus detur-  
pauit, ut uix scirem tam foedas ac  
mutilas, cum ad me redirent, agno-  
scere. Ego uero tametsi rudis pri-  
mum, non adeo tamen obtusi sum pectoris, ut quae in  
eis supersunt ac desint non aperte intelligam, nec me  
adhuc decipit, quae plerosque infatuat φιλαυτία, ut pri-  
denter ignorem, minus satis fuisse eas in tenebris de-  
lituisse, quam inscitia tam ignaui in publicum pro-  
deuntes damnari, Quare nunc ne chorebo siue licio  
qui χροστια καλκίον commutabat, stultior uidear. Rur-  
sus ut candida simplices & sine labe ad uos redeant,  
denuo eas resarcire coactus sum, Pleraque etiam his  
adneximus, ut si quid frugi uobis attulerint, non ru-  
gosa fronte tandem legantur.

Valete.

( 2